171

R. GAGUINUS

DE CONCEPT VIRG:

DAV. BREDA.

1494.

G

33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

~~129.~~

171 g 33

CA. 768

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Roberti Gaguini doctoriſ preclariſſimi de intemera te virginis cõceptu aduer ſus Vincẽtiũ quendam de certatio



Koninklijke Bibliotheek te 's Hage

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

¶ Robertus Gaguinus ordinis ſcē trinitatis de redēptione captiuorum Miniſter gn̄alis Arnoldo Boſtio ordinis diuę marię de carmelo religioſiſſimo pfeſſori S. P. D.

Iciſti me tandē (Boſti) iugi ac pene īportuna poſtulatōe tua. nō ruſticitate q̇dem. aut duricia aliqua aī tibi repugnantē ſed territū difficultate p̄ſtandi eius qd̄ petebas. Eſt eī diuę marię ꝯceptionis tractatio tam ſupra vires nr̄ās q̄ꝫ ⁊ gnati eius a pr̄e in cęlis acceptą maieſtas. et a mr̄ē in terris mortalis naturę ſuſcepta huīlitas. Et de p̄ma q̇dem ꝟginis origine (id eſt de pn̄ni vt ipſa gignereť ſemis ingeſtu) quū a plęriſqꝫ lōge lr̄ātis autoribꝫ diuerſa prorſus ſn̄ia feraꝛ: q̄ mp proximū arrogantię videri iudicabā: ſi alterꝝ tam varię poſitionis locū defendendū tuendū qꝫ aſſumerē. p̄ſertim eo gn̄e dicēdi qd̄ ad res cęleſtes ⁊ diuinas ⁊ a nr̄is oīo ſenſibꝫ reconditas ꝑtingere poſſit. Nam ſi libera ⁊ ſoluta numeris orōne nunq̄ꝫ ea q̄ fidei ſunt ſatis explicanť. quis impedita legibꝫ dictione ⁊ ꝟſu eadem abſolute ꝑtractet? In q̄ re illud potiſſimū difficultatē augebat: q̄ neminē mihi ducem intuebar qui hanc ꝟgineę cōceptiōis ꝓuinciā ꝟſibus obiuiſſet: ſed nec p̄mum eius limen numerꝭ attigiſſet Sicut enim viam ſemel ingreſſis nos facile ſequaces adiūgimus: ita ꝓfecto aperiendę vię atqꝫ p̄monſtrandę rationē inuiti triſtes qꝫ deſumimꝰ. Enīuero nemo q̇ cuiuſuis diſciplinę primos ductus extulit. nō rep̄henſus eſt ſubeuntibus ſubinde poſteris: qui aſꝑiora ęquabilibus cō planare et terſius polire adnitātur Quibus (vtinā) hoc vnum illis ſtudiū eſſet. vt non legerent aliorū traditiones calūniādi grā magis q̄ꝫ emendādi creſcerēt artes. atqꝫ ornarēť gratia qꝫ hijs habereť ⁊ honos: qui tentaſſent q̇ ve conati eſſent ſi nō optima ſaltē non oīo inania miniſtrare. Quis enim tā futilis. ⁊ minimi habēdus autor eſt qui opus quicq̄ꝫ lectori non pręſtat Aut enim error nos alienus circūſpectiores reddit: aut excitat eadem melius ꝯcinare. aut id ꝓdit qd̄ nos q̄rendo laſſaſſet. Ingredientibus igitur nobis viā qua neminem antea ſcimꝰ inceſſiſſe: tu iam (boſti) pius cū optimis ubuſqꝫ ſcholaſticis fautor accede Lege hęc priꝰ tibi ⁊ verſic q̇

los ſeorſum nr̄os experire. Nō enim in eis exornādis mēſes plurimos: ſed dies triginta ad ſummū inter quottidianas noſtras impeditiones ꝯſumpſimꝰ Itaqꝫ a ſexto Kalendas Decembres inchoatos. eoſdem quales cernis dnicꝰ natal' excepit Illos ergo a te liberos nō emittas: niſi penſiculatos iudices premi ne in lucē. an ad me remitti deceat caſtigādos

Uale ex edibus noſtris apud ſanctū Maturinū pariſienſem die feſto diui ſtephani prothomartyris Millesimoq̄ꝗ dringenteſimo octuageſimo octauo

Ic animus tulerat. ſcriptis nō prodere mētem:
Nec ſeuis (hoſti) dentibus arma dare.
Undiqꝫ nunc frendens ſpirat cōuicia liuor.
Sumit ⁊ ex arte probra poeta dicax.
Deprauat quecūqꝫ geras quecūqꝫ loquaris
Et male prob dictis pulpita cōcrepitant.
Credideram felicem impſſis artubus orbem.
Et fuerat ſi non verteret hoſtis opes.
Raro fuit nuper caſtis facundia buccis.
Nūc ſtrepit in numeris garrula lingua moꝛis
Hoc vndante ſalo. demiſit carbaſa lembus
Et tuto ſeſe littore ꝯtinuit
Sed tuus igniuomo ſurgens a numine chorus:
Impulit inſueto nunc dare vela freto.
Soluimus aſpirent zephiri. trudantqꝫ procellas.
Et maris effulgens ſtella maria faue.
Non ego te pter in votis numen habebo
Numinis es mater: numine plena viuo
Dant alij vetitis ſua (hoſti) vela deabus:
Sit nereus illis. ſit nigra turba comes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Unus in aſtrifero nobis deus extat olympo
Et terrę liquidis qui dominatur aquis
Hic nauclerus erit. hoc ⁊ nos remige pontum
Currimus euictis ſyrtibus ⁊ ſcopulis
Tu votis comitare ratem. quam ſepe reniſam
Conſpicis a notis ſedibus ire procul.
Cautibus alliſa ſi forte admiſerit vndas
Uel muſco rimam. vel pice coge. vale.

Roberti Gaguini ordinis ſanctę trinitatis de redemptione captiuoꝝ general' miniſtri aduerſus vincentiū de caſtro nouo ordinis predicatoꝝ de ꝯceptu ⁊ mūdicia marię virginis decertatio.

Si mihi mens ęquis tecum ꝯtendere tęlis
Uincenti indomite. dum ferus hoſtis ades.
Horrida tellurem certum eſt oſtenta tuliſſe
Omnibꝰ eſt rictu dirior ⁊ vomitu.
Nec lernęa tuum natalem ſtruxit origo.
Te genuit ſtygio torua megera lacu
Et tenui celante toga diffundere virus
Te ſcelerum ⁊ mortis conditor edocuit
Dum vultu prętendis ouem. dum mēbra cucullo
Contegis. introrſum vipera ſeua furit
In domini matrem vaſto procurris hyatu.
Ut lupa pręlonga diſcruciata fame.
Undiqꝫ fulgētem puro candore mariam
Sordidus obſcena prouis illuuie.

Et circum lato mundi per regna libello
Scribis originei criminis eſſe ream.
Talia dum vibras petulanti pectore probra:
Totus in aduerſum prouocor ire pugil.
Parua giganteam paſtoris fundula moleȝ
In caput excuſſa glande dedit baratro.
Perſtitit ille ferum ſuperate georgius anguem
Cui ſtabat virgo ſorte futura cibus.
Ergo nec expertis cedet mucronibus ardor.
Que ſua ſunt virgo bella maria geret.
Conſere diua manus. atqȝ inſtrue brachia telis
Ardet equus laxis currere carceribus.
Raditur eoo cum ſurgit ab equore titan
Eſſe voluptatis non ſine vere locus.
Magnus vbi rerum princeps ⁊ conditor orbis
Legibus adiectis viuere iuſſit adam
Sacra loci medio preſtabat fructibus arbos:
Certa boni cuſtos: certa miniſtra mali.
Huius erat vetitum fructus libare parentes.
Cetera cedebant vſibus orticole
Credula. ſed mulier infelix eua. marito
Exhibet exerptum quem probet ipſe cibum.
Ille ſuadenti ne dura fronte repugnet
Veſcitur. autoris immemor atqȝ ſui
Mox puduit facti. ſenſitqȝ expertus oriri
In ſemet varias a ratione vias.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Pellitur inde nocens et plectitur exul aratro
Poſcere humum frugem quam miſer eſſe queat
Hinc nata eſt ſoboles ęterno obnoxia lęto
Cui fuit et ſuperum concio clauſa diu.
Donec ab excelſo demiſſus patre redemptor
Qui ſe mole hominem proderet arte deum
Sanguine qui fuſo clauis confoſſus et haſta
Et morti addictus vinceret ipſe necem
Prima hominis labes infecit ſemine prolem
Solus habet chriſtus ferre ſalutis opem
Perfidus his preuium iaculis vincentius agmen
Armat. ⁊ introrſum vulnus adiſſe putat.
Eſipit. et ſcite non dirigit improbus arcum
Lege ſua maior legifer omnis erit
Et quam vulgauit cõmuni examine normam
Cum decus et ratio ſuggerit abbreuiat.
Ampliat arctatum. cohibet laxata. nec vnq̃
Cogitur interpres nexibus omnipotens.
Tum furtum ſcelus eſt furi: dum pręda negatur
Inde fit ęgyptus triſtis eunte iacob.
Hic patrem illudit dextram mentitus eſau.
Et pręrepta dolo dona ſecundus habet.
Quę daret vlla locum fraternę ſanctio fraudi?
En deus impune pręterit iſraelem.
Non turpe eſt quodcunqꝫ iubet feciſſe creator
Qui cęlum et terras lege ſolutus agit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Sic, valuit ritum naſcendi et mentis habendę
Diſpenſare potens in genitrice deus
Maieſtatis erat. noxa ſubducere matrem
Ne fieret lęti mox rea pro foribus
Talis honos decuit venturi regis alumnam
Debuit et matrem gnatus honore ſequi
Exijt edictum romam dum cęſar haberet:
Impoſitis ſcribi cenſibus omne ſolum:
Quis neget autori potuiſſe remittere troię
Vectigal: latio ne ferat ęra remo?
Poſtq̃ labente viciorum pondere mundo
Retrorſum omnipotens. iuſſit abire ſcelus.
Conuerſa eſt natura. parit longeua virago
Vix ſatus occultum ventre ſalutat herum
Neſcia concubitus ſubito ſtillamine virgo:
Fert hominem integra virginitate deum:
Nec dolor a partu. nec anus induſtria matri
Obſequitur. gaudet virgo puerperio.
Signa prius tanti extarunt ingentia miri:
Arida geſtanti fert ſua virga decus
Tranſit ab ęgypto populus qua ſtagna fluebant
Nec ſecus arctata menibus vnda riget.
Libera ſic oritur dea nullus originis humor
Inquinat. hanc lethes ſic reueretur aqua:
Hęc vna eſt primi qua ceruix tunditur anguis
Cuius triſte caput virgo preempta tulit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Non ſine regis ope: cuius defectio cunctis
Abſtulit interitū. retulit ⁊ patriam
Semper erit pluris lapſu ſeruare cadentem
Fetida q̄ȝ lapſi tergere terga luto
Dic age vincenti: et noſtram vim per fide ſenti
Quā moderatur agens intemerata fides
Utra magis chriſti dei mors vel vita putanda eſt
Queqȝ ſacris colitur. vtraqȝ culta iuuat
Quid ni igitur vitę dignos ponamus honores
Sicut et extincto munda ſepulchra damus
A cruce pendentis pia curans munera Joſeph:
Syndone candenti corpus inane refert
Et quo nulla prius ſanies illata fuiſſet
Exanimē buſto condit odorifero
Tu (ſcelus) hoſpitium formande carnis ieſu
Peccati macula polluis ⁊ temeras
Te pudeat viuum viciato inferre locello
Quē ſꝫde enectum nobilis vrna capit
Tua nocens olim gentem enixura caducam
Candida de puro prodijt oſſe viri
Spirituum genitrix recreandi ſarculus orbis
Uenerit in tenebras vda fluore patris:
Magnus et omnipotens vincenti (crede) parauit
Auguſtum intactum celitus accubitum
Nec binos iactes naſcendi exiſtere tractus:
Seminis: et fuſe per ſua ſepta animę

Neutrum: regnantis preuentu culpa ſubegit.
Protegit a borea pręuia dextra facem.
Extrema dum gente petunt ꝯnubia reges
Nonne vides prompte libera multa dari?
Nuncius it prępes: qui flumina caſtra meatus
Reginę expandat. tota tributa vetet.
Plebs omnis feſtiua canit. vacat ipſe ſenatus
Una omnes nuptam plauſibus excipiunt
Stans naui exactor non inſtat quęrere naulum
Nec ſtipem edituus doctus hyare capit.
Non minus aſcitam thalamis regalibus annę
Progeniē rerum machima tota colit.
Serua dei natura audit quęcunqꝫ iubetur
Et tremit ipſa caro ſe retegente deo.
Callidus offenſę tentator ab vbere dęmon
Temperat occultis prodere ſe latebris
Pręterit interea inmunis regina tributum
Liberat hanc ſponſi gratia grata ſui
Ulla nec infecit gignenda caſta libido.
Qua prurire ſenes qui potuere pigri?
Cur vetet alma fides ſudoris more liquari
Semina poſſe viris. dum pia vota gerunt?
Atqꝫ equidem credo: ſalua pietate mariam
Pruritu nullo ſeminis eſſe ſatam.
Si potis eſt iactum ſtertenti abducere ſemen:
Incubus: et fetus inde fouere nouos?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Cur hominis virtus vſu firmata pudico:
  Necnon ⁊ iugi trita labore caro.
Non ſeſe excutiat dum format ſemine prolem
  Et reddit caſto debita iura thoro?
Aſſit p̄ſertim magni ſi iuſſio regis
  Qualis in amplexu dum tulit anna virum
Ille vacat ſcelere. nec ſtat pollutus oſeas
  Liber in aſſumpta dum meretrice coit.
Stat virtus domi. fortis dirūpe cęlos.
  Et te vincenti pẽdere fulguribus.
Ecce adeo ęgrotum cruciauerit ignea fębris
  Afflicto vt ſedeat nullus in ore ſapor
Et fidei pleros ꝗ color. pietaſꝗ ꝑurit.
  Jam nudo vt poſſint currere calce focos.
Cantauit daniel flām̄is circūdatus hymnos.
  Nec leuita cratem fultus amore timet.
Gratia cur nequeat vetulis genitoribus intus
  Claudere diſſuetis regna libidinibus?
Stoicus exactę ſcrutatus plurima. certat.
  Munere virtutis ſiſtere ſic animos.
Ut nullo inſultu titubent. tanti valet vſus:
  Doctus ⁊ a teneris vincere dura labor
Sopit ⁊ ars carnem. medicus quā ſcindere cultro
  Audeat. illa nihil ſentit. abeſtꝗ dolor.
Adde quod et patulo ſpectamus lumine multa
  Extaſis hęc eadem cernere ſępe negat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Conſtitit ad modulos. ceu ſaxum ĩmobile nupta
    Nec dulci fracta eſt carmine cecilia.
Nec titillat odor ſpirans engadica nares
    Quis male olet mũdus ⁊ bene chriſtus olet.
Tangimus olfacimus. audimus veſcimur: atqꝫ
    Poſſumus illeſi cenere criminibus.
Quid cauſę dicas cur non domet optima virtus
    Laſciuũ in membris atqꝫ petulca liget.
Sacro igitur compluta caro diuinitus imbri.
    Dans operam natis: nec cupit. ⁊ generat.
Non dederim cũctis hoc munus. ſed quibus alget
    Mens vicio. et totam ſpiritus intus alit.
Ingens dum quicq̄ꝫ. ⁊ factu mirabile pergit.
    Pandere quod noxę terſio grandis erat.
Sicut opus moriens nimium memorabile fecit.
    Sic longe ſtupidum ꝑtulit adueniens.
Inſultas iterum. ⁊ planta ſublatus inani:
    In iugulũ ſiccam. ſi patiamur agis.
Exciſa eſt. inquis. non munda carne puella
    Peccatoris adę. quo cadit et ſoboles.
Belua quid rinois: lucas teſtatur adina
    Acie ſatum ieſum: numquid et ille ruit?
Non cecidiſſe deũ. ſumme virtutis habetur.
    Hanc ſtare in numen. muneris eſto dei.
Sed prior eſt gnato. prius ⁊ genus omne ꝑentum eſt.
    Certa quibus chriſti paſſio cura fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Hi geniti potuit funus precedere mater?
Cuius erat paſſi cõlachrymare necem?
Que ſi rapta ſolo. ſtamen preſcinderet eui.
Quo migrauit enoch forte migraret ouans
Aut ſede illuſtri ſuperis comitata maneret:
Dum peteret gnatus regna beata patris.
Hoc tamen archanis clauſum penetralibus eſto
In flammam prudens mittere nolo manum.
Cetera quis certat ferrarius vndiqꝫ pila
Confringam. vt penas det celer. et miſeras.
Dire (ait) et peſtes. quibus ingemit impia proles.
Vexauere deam. mors ſitis. eſtus. hiems.
Cura labor. ſomnus. dolor. egra ſenecta fameſqꝫ
Fomitis eſt vna vena repreſſa ſui.
Criminis illa notant tractus. qua noxa nepotes
Aurigante malo ducit agitqꝫ ſuos.
His etiam potero chriſtum confodere telis.
Eſuriit frixit. languit et moritur.
Jam neruum intorque. feries vibramine eodem
Et matrem et genitum quos premit vna lues.
Altera ſed gnati. genitricis et altera vis eſt.
Ille ſtat. et ſeſe format. habetqꝫ deos
Cui nihil. et quicquid nihilo cõſiſtere mandat
Etheris hic fulgor. ſpiritus. vnda chaos.
Dat prona ceruice manus. paretqꝫ volenti
Nam ſunt cuncta deo. ceu ſua ſerra fabro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Cum vero de luce venit legatus ad vmbras:
  Protinus a carne corporis ęgra tulit.
Non cariem: aut miſeri ſubolentia probra parentis
  Sed quibus extaret carne ſubactus homo.
Maieſtas potuit cęno ſartire togellaꝫ
  Fetida quam prorſus mendula nulla notet.
Quod tenui nequeat limo texenda puella.
  Ni iuuet hanc cui ſit mater habenda deus.
Ipſe ſua ſolus natura eſt criminis expers.
  Hęc pręuenta pio numine pura nitet.
Atqꝫ ꝙ inſonti percepit origine vitam:
  Grata p̄emptori magna tuliſſe refert.
Magna minus dixit poſſunt quę maxima dici:
  Nanqꝫ aliჳs retro pręſtita magna patent.
Ecce duos tradunt diuina volumina vates
  Vix fretos animo mentis habere iubar.
Grandia ſi magnis: cur maxima queqꝫ negemus
  Prebita maiori quę preit aſtra deę:
Quam veſtit pulcher radiorum lumine phębus.
  Cuius obit. nitidos luna choruſca pedes:
Propterea totam conclamant cantica pulchram
  Prorſus. ⁊ infectę fecis iniſſe nihil.
Hęc illa eſt veterum pulchre ſignata figuris
  Fęmina: quę vincat zeuzis. et artis opus
Cui cedit rachel. cedit pulcherrima iudith.
  Et formoſa heſter ceſſerit. et noemi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Nec ſarra abraami (q̄uis miranda) preibit.
Femineũ ſupat omne maria decus.
Trina q̄ cũ tantũ referantur monſtra reatus
Fomitis. ⁊ veniȩ. ſcilicet ⁊ ſceleris.
Huius nulla illi. venialis nulla fauilla
Offuit. an ſceleris? furciſer hoc videas.
Dum loquimur crimẽ: ⁊ mortis culpa remordet:
Sit procul a noſtro limine diua parens.
Dicimus (⁊ fas eſt) cȩli ſub numine tantam:
Mens quantam poterit prendere ducta fide
Plura quid oblatras vincenti ꝑfuga nequam?
Sentio? quo refugis. qua ſtruis arce dolos.
Vos vos ſancta cohors doctorum. in prȩlia longo
Agmine deducit. ⁊ cupit eſſe duces.
Ipſe libens vobis dum viuo ⁊ ꝑfruor aura
Obſequar. ⁊ iuuenis vos reuerebor anos.
Hoc tamen impetrem ſinite. atq̄ ignoſcite diui:
Si pietate calens virginis arma ſequor.
Dirus vt hoſtis auet: ſi vos intenditis arcum:
Letiferum diuȩ ſcorpio vulnus aget.
Fit rea. fit caſtris non digna aliquando ſupernis
Sed nec amata deo putris vt vnda mero.
Quod fȩdum ⁊ turpe eſt. nec fida admittere auris.
Publica nec recipit (parcite) veſtra fides.
Pura ſacerdoti prȩcincto altaribus olim
Cidaris ⁊ candens linea veſtis erat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Quem ſcimus vetitum. fędum tractare cadauer
Nec ſinere extinctis ſacra nigrare focis.
Pontificem ſic credo nouum qui ſanctus et eſſet:
Cęlitus et patri victima digna foret.
Verbiparę thalamum velis ſtruxiſſet coruſcis.
Unde ſit a puro factus ad aſtra gradus.
Antea mortiferam qui nec ꝯtingeret aluum:
Sed fieret mortis morte redemptor homo
Quid panem angelicū tetro prohibetis ab ore:
Quem carne impura virginis aluus alat?
Una fidem ſeruat (chriſto moriente) maria.
Una habeat terris libera colla iugo.
Una fores cęli vobis cōcepta recluſit.
Unam pręreliquis contio veſtra colat.
Ne ſi contactam dicetis tabe reatus:
Chriſtus ab immundo ſanguine membra ferat.
Quę fuit vda ſitu contaminat olla liquorē.
Et triſtem ſubolet illita cruſta picem.
Virgineos igitur fermenti nullus amator
Aſperet exortus ſplendeat vna nimis.
Nec menti duplex ſedeat conceptus vt hoſtis
Impare nunc libra penſitat artis egens.
Lux comes eſt ſuperis totos radiauit in artus.
Et brumam impendentem expulit ⁊ nebulas.
Nec ſecus (o patres. hoſtis licet exigat) oro
Preſenſiſſe iuuet. ſed iuuet eſſe pios.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Sic pręcenta diu ſanctorum oracula vatum:
Nuncia ſic cęlo ſigna relata probant.
Cui natura dedit miris compagibus artus:
Addidit ⁊ lucis munera vis domini
Perſpice viuenti quo me pius euebit ardor
Eloquar audenti carmine quod ſapio.
Congruit hoc gnato penitus luceſcere matrem
Si decuit: voluit. Si voluit: quid obeſt
Quod decuiſſe liquet: ratio nec pugnat: idipſm
Et dico. ⁊ clamo velle neceſſe deum
Belliger vt ioſue tutetur ab hoſte gabaon:
Stare polum iuſſit. ſol retroflexit iter.
Nec ducis edictum renuit regnator olimpi.
Hoſtibus exitiũ fit remorata dies
Sic pater omnipotens. populi peuntis amator
Dum ſtudet oppreſſis: fert qꝫ potenter opem
Legibus imperitat. iubet ⁊ ſtatione teneri
Progreſſus rerũ. dum ſibi conſtet opus
At tamen interea ſuperi de numinis actis
Diſputat argutus. ſi deus aſtra regat
Os ſurſum profert. cęlos ⁊ ſidera ſupra
Scandere conatus pone tribunal heloy.
Atqꝫ iterũ humano meditatus robore turrim
Concidit vt nembroth vocibus omniſonis.
Nec recipit demens: vt noctua ſole laborat
Lucifer vt toto fulminat aſtra polo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Ardua ſcrutantem ſublimis gloria fallit
Numinis obiectu mens ebetata iacet
Dicite quos torquet ſcrupus tam ceca tuendi
Qua magnos fere. pondera vi rapiat
Qua breuis echinus (nec enim plus ipſe pedalis)
Mercibus oppletam diſtinet arte ratem
Nam neque vis hominum. ſed nec violentior auſter
(Piſciculus nauem dum remoratur) agat
Ut pelagi ſummo cohibet torpedo natantes
Hanc licet obductam celet arena freti.
Uulgatum eſt aliud. ſed virtus cognita nulli.
Miretur quamuis Crantor et Empedocles
Rethiculum pendens quo numine texit aragne
Ut mella et ceras floribus cedat apis.
Hoc callet nemo. quiuis bonus ambigit autor,
Uis facit hoc aiunt indita ceca latens.
O cecas mentes ſtudiorum: extantia coram
Neſcire et fatis condita diſcutere.
Nature legum expertem penetralia credam
Ingreſſum: et magni promere ſcita dei:
Abſtruſa introrſum rebus vis tota latet vos
Quis mentem primam calculet et penetret?
Quis veſtrum in ſemet ſenſim illabentia menti
Senſerit acta dei aut experiatur opus
Dicitis hoc fiet. et ſtat deducere votum.
Mox conuerſi aliud voluitis et facitis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Pectora mens vt vult cęleſtis (credite) verſat
Libera nec veſtris ſubiacet inſidijs.
Non tam mora tegit ſolem quandoꝗ procella:
Quaꝫ mentē recutit celſior arte deus
Eſt data lex. fateor. legem ſuſpendere quiſnam
Non velit autorem ſi pius inſtet honos?
Nec noſtrum eſt penitus vires et ſenſa deorum
Noſcere. ſed quod agunt prendere facta ſequi.
Sunt in ſubſidijs quorum virtute fouemur
Baſileę patres docta ferire cohors
Jam ſi forte fuga vincenti elapſus abibis
Protinus a tergo verbera mille feres
Sed prius obſtringam rutilo te fulgure veri
Ut qui lippus ades iam quoꝗ cecus eas
Producam teſtes extrema gente citatos.
Helſinum imprimis relligione ducem.
Hic datus orator anglis auertere dacos
Dum medijs certat fluctibus ire citus
Et prouecta ratis euro vexatur et vnda
Incertus vitę ſuſcipit aſtra gemens
Rumpi vela ſtupet. nec mali ſiſtere robur
Et male compactum nauis hiare latus
Imbribus et crebra quaſſari grandine nautas
Spe nulla ſeuo turbine tranſtra quati
Hęc inter pauitās animoꝗ ęgerrimus iras.
Horrebat cęli: triſtis vt agna lupi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Credidit infęlix: moribundo buſta parari
  Et pelago vndanti verba ſuprema dare
Dum ſtat egenus opis: miſeris ⁊ queſtibus vſqꝫ
  Ingemit: has diuę concipit ore preces
Virgo ſalus miſerum, ꝓpera ſubducere ventos
  Et tranquilla refer ęquora fluctiuagis:
Talibus acta: ſenem iubet ecce per ęthera labi.
  Conſcius vt peragat quę pia geſta velit
Peruolat ille citus inſigni vertice pręſul
  Et patris helſini conſtitit ante ratem
At qꝫ diu tremulum certum iam cedere morti
  Affatus ſenior: fortiter inquit age
Nulla tibi ex tantis graſſans quas turbo minatur
  Pęna nocet: ſi das me redeunte fidem
Virgo potens pelagi. ſtatio. requies qꝫ grauatis
  Annuit. euades. fide replle metum.
Concipe iam votis ſanctę ſolemnia matri
  Annua quę ſexto ferre decembris idus.
Helſine et ſtudeas. et plębi indicere cures
  Supplicibus qꝫ aris nec dare thura nega
Nomen erit luci conceptio fauſta marię
  Tunc etem̄ vitę limen adepta dea eſt
Dixerat. helſinus ſpondet ſolatus honores.
  Et grates inquit candida mater ago.
Vt promiſſa fides: repetit cęleſtia preſul.
  Terrentur nymbi. fit via lucifero.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Nox polus excuſſa terris caligine fulſit.
Retulit et gratū nauibus ęquor iter.
Alter adeſt verax ſurgens a flumine teſtis
Quem fluctu abſorptum ſequana reſtituit.
Nauigat a ſtupro tetra. dum nocte ſacerdos
Immemorem culpę ſollicitauit aqua
Pallidus aſſueto dum ritu virginis odas
Incipit: exturbat fluctus et aura virum
Extinctum furię feſtinant tundere plagis
Criminis vt pęnas fędus adulter agat
Diua ſed adueniens: hac tantū voce repreſſit
Demones: ite meus preſbyter iſte fuit
Dum caneret nobis vndoſo flumine laudes
Preripit hinc vitam ꝑfida veſtra manus.
Ite. animā capiat frigens a morte cadauer
Illa pudens ſcęleris febrㄹuet ipſa ſcelus.
Vis confuſa: nocens ſe turba in tartara condit.
Virgo iubet mentem corpus adire ſuum
Reddita ſed poſtq̄ defunctum vita reuiſit:
Tum mater miſerū ſic pia ꝓſequitur.
Vade age nec poſthac vicij ſalebris mergare
Vita ſacerdotem crimine munda probat.
Jam facti meminiſſe decet. tu gratus habeto
Quod nunc acceptum mente fauente colas.
Feſta dies tibi ſit conceptio noſtra pennis
Quam memor octaua luce decembris age

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Hęc effata: redit ⁊ fulmen ſuſcipit ęther.
  Preſbyter (vt iuſſus) tradita feſta colit.
Plurima conceptũ teſtantur et altera diuę
  Sit ſatis a binis teſtibus eſſe fidem
Quid tandez ſolemne pium peccamus agentes?
  Quid fidei aduerſum lux pietatis habet
Creditur haud fruſtra. terras ⁊ cuncta nouantem
  Lege noua. matrem iure creaſſe nouam.
Et ſanctum eſt feſtas gnati venerarier aras.
  Cęlo qꝫ exorta ſigna putare pium eſt
Ipſaqꝫ iam latę cõmuni fędera ſacra
  Per populos ferri non ratione vacat
Nec ſineret pietas feciſſe piacula iuſtos:
  Eſt quibus innumeris tam memorata dies
Quid ſtas attonitus. ceu belua lapſa cauerna
  Qꝫ torue auertis: lumina terrificus
Orta deo quę ſunt nunqꝫ diſſoluerit ętas
  Humanum in puncto ſoluitur vt nebula
Nunc venies heretis mundo notiſſimus autor.
  Teqꝫ tuos qꝫ ferent fulgura dira libros
Exul abi. ⁊ ſtadio fugiens diſcede. madentes
  Et ſudore pigros iam tuba ſoluit equos
Quinetiam e ſuperis iam noſtros mater agones
  Et tibi contextum protege ſemper opus
Nulla chori veteris blando pede muſa canenti
  Affuit. eſſe potes verſibus vna ſatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Vt tuus illuuiem conceptus virgo ꝑhorret:
  Sic iouis ⁊ Bromij nomina deſpucres.
Prima ꝑ ignotum pręſſi veſtigia circum.
  Gallus. vbi nemo vixerat arma pugil.
Hinc plus forte ęquo verbis audaculis ęgi.
  Vix prima incultus falſe nouatur ager.
Sacra ſecutus. iter trini rudiore cylindro.
  Poſtera planabit tubera quęq; traha.
Nec mea contendo circũdet tempora laurus.
  Cepta tibi pugna eſt. grata ſit ipſa tibi.

De mundiſſima Virginis marię ꝯceptione aduerſus Vincẽtium de Caſtro nouo decertatio finit fęliciter Dauentrię ꝑ me Jacobum de Breda. Anno ſalutis noſtrę. M. CCCC. xciiij. vltima Octobris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 33